

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Predicacio ac
cum fonte primo et editione 1550

Ille sermo ab audiente libenter accipitur, qui a
predicante cum compassione animi profertur.

Et
ille sermo ab audiente libenter accipitur, qui a
praedicante cum compassione animi profertur.

Ille sermo ab audiente libenter accipitur: qui a
praedicante cum compassione animi profertur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in Hiezechielem
prophetam*, 1, 11, 2 (CCSL 142, M. Adriaen ed.,
pp.169-170, ll.34-36).

Ille loqui ueraciter nouit, qui prius benefacere
didicit.

Quid est hoc quod nobis propheta sanctus
in hoc suo silentio innuit, nisi quia
ille loqui ueraciter nouit, qui prius bene tacere
didicerit?

Ille loqui ueraciter nouit: qui prius bene facere
didicit,

Gregorius omelia XI. super Ezechielem.

Gregorius Magnus, *Homiliae in Hiezechielem
prophetam*, 1, 11, 3 (CCSL 142, M. Adriaen ed.,
p.170, ll.53-55).

Tunc autem uerbi semen facile germinat, quando hoc
in audientis pectore pietas praedicantis rigat.

et
tunc uerbi semen germinat, quando hoc
in audientis pectore pietas praedicantis rigat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2, 7, (SC 381,
F. Rommel ed., p.226, ll.124-126).

Gregorius homelia 11. super Ezechielem.

Flores omnium fere doctorum (Venetiis, 1550),
fol.407v.